di furtum non excelferit valorem centum quinquaginta marauedinorum, fur reddit quod furatus eſt, & inſuper duplum aliud parti læſæ, & quadruplum in ſumptus *de la hermandad*, & flagellatur, ac exulat. Si autem furtum excedat valorem centum quinquaginta marauedinorum, nec excedat valorem quingentorum marauedinorum, ſubit pœnam centum flagellorum, & amputatur ei aures. Quòd ſi furtum excedat valorem quingentorum marauedinorum, ita tamen vt non excedat valorem quinque mille marauedinorum, amputatur illi pes, & inſuper imponitur ei pœna, vt nunquam equitet, neque mulam aſcendat, ſub pena mortis, ſagittis ei inferendæ. Si verò furtum excelferit valorem quinque mille marauedinorum, eripitur ei vita iactis in eum ſagittis. Ita habetur. l.3. tit.13. citato. Et quamuis. l.7. ſequenti preſcriberetur modus, quo ſagittis eſſet interficiendus; poſtea tamen. l.46. ſancitũ fuit, vt nullis ſagittis interficeretur, ſed prius extrãguletur, & poſtea mittantur in eum ſagittæ. Qualiter autem in hoc, & in

21 alijs delictis, in quibus punire poſſunt iudices *de la hermandad*, procedere poſſint iudices alij ordinarij, & quouſque ſit locus præuentioni iudicum *de la hermandad*, vide ibidem lege. 10. Haud tamen ſcio, num eiuſmodi pęnæ tanto cum rigore exequutioni mandentur, præſertim imminuto adeò his noſtris tẽporibus valore pecuniæ, vt ſupra dictum eſt.

22 Lex 7. titu. 11. lib. 8. nouæ collect. ſic habet: *Mandamos a todas las iuſticias de nueſtros reinos, que los ladrones, que conforme à las leyes de nueſtros reinos deuen ſer condenados en pena de acotes, de aqui adelante la pena ſea, que los traygã à la verguença,* y que ſiruan quatro años en nueſtras galeras por la primera vez, ſiendo el tal ladron mayor de veinte años: y por la ſegunda le den cien acotes, y ſirua perpetuamente en las dichas galeras. Y ſi fuere el hurto en nueſtra corte, por la primera vez le ſeã dados*[a] *cie acotes, y ſirua ocho años en las dichas nueſtras galeras, ſiẽdo mayor de la dicha edad, y por la ſegunda vez le ſean dados dozientos acotes, y ſirua perpetuamente en las dichas galeras.*[b] *Y en los hurtos qualificados, y robos, y ſalteamientos en caminos, o en campos, y fuercas, y otros delictos ſemeiantes, o mayores, los delinquentes ſean caſtigados conforme a las leyes de nueſtros reinos.*[c] *Y mandamos que los ladrones y vagamundos y holgazanes, menores de la dicha edad de veinte años, y las mugeres vagamundas, y ladronas, y los eſclauos, de qualquier qualidad que ſean los ſuſo dichos, ſiendo preſos por lo ſuſo dicho, no ſean echados a las galeras, ſino que ſean penados y caſtigados conforme à las leyes de nueſtros reinos.* Poſtea autem extenſa fuit lex præcedens, etiam ad rapinas in eremo, & itineribus, & ad alia delicta lege 7. ſequenti, in hunc modum: *Mandamos que aſſi en los hurtos qualificados, y robos y ſalteamientos en caminos, o en campo, y fuercas, y otros delictos ſemeiãtes, o mayores, como en otros qualeſquier delictos de otra qualquier qualidad, no ſiendo los delictos tan qualificados y graues, que conuenga à la republica no diferer la execucion de la iuſticia, y en que buenamente pueda auer lugar con mutacion ſin auer en ello periuizio à las partes querelloſas, las penas ordinarias les ſean commutadas en mandarlos ir à ſeruir en las nueſtras galeras por el tiempo que pareciere à las nueſtras iuſticias, ſegun la qualidad de los delictos.* Poſtea lege 9. eiuſdem tituli ſic ſanci-

22 tum eſt: *Por quanto en la pragmatica 25. de Nouiembre del año paſſado de 1552, de que en algunas leyes deſte titulo ſe haze mencion, ſe ordena y manda, que los ladrones, que conforme à las leyes deſtos reinos auian de ſer condenados en pena de acotes por la primera vez, fueſſen condenados en quatro años de galeras y verguença publica, ſiendo el hurto hecho fuera de la corte, y ſiendo en corte, ocho; mandamos, que los quatro años ſean y ſe entiendan ſeis, y los dichos ocho diez. Lo qual ſe entienda y execute, no embargante que los dichos ladrones no ayan la edad de los veinte años, como en la dicha pragmatica ſe dize, ſiendo de tal diſpoſicion y qualidad, que puedan ſeruir en las dichas galeras, y auiendo à lo menos diez y ſiete años. Y como quiera que, conforme à el vſu y eſtilo que los iuezes tienen en eſtos reinos, en el dicho caſo del primer hurto condenan en ſetenas, y en ſu defecto en la dicha pena de acotes, ordenamos y queremos, que la dicha condenacion de galeras ſea preciſa, y no en defecto de ſetenas. Y que otroſi en lo diſpueſto por la dicha pragmatica, acerca de los dichos ladrones, y lo que en eſta ſe añade y declara, ſe entienda y eſtienda à los encubridores y receptores y participes en los hurtos, para que en eſtos aya lugar la miſma pena, y en la miſma forma que de ſuſo eſta declarado en los ladrones.* Vide etiam l.4.6. & 10. tit.24. eiuſdem lib.8. quæ de eadem re loquuntur.

* Extenditur hæc pœna. l.9. ſeq.

a Hęc etiam pęna extenditur eadem l.9.

b Ad hæc, & ad alia delicta, extenditur pœna triremium l.8. ſequenti.

c Satis eſt hodie ſi ſint 17. annorũ. l.9. ſeq.

Lege 4. titu. 23. libro 8. nouæ collect. eximitur à pœna mortis, qui interfecerit *a el ladron, que hallare de noche en ſu caſa hurtando, o fora dandola, o ſi lo hallare con el hurto huiendo, y no ſe quiſiere dar à priſion, o ſi lo hallare hurtando lo ſuyo, y no lo quiſiere dexar.* 23

De iure Luſitano, qui furatur valorem ſelibræ argenti (*marco de plata* noſtri appellant) punitur pęna mortis, etiamſi furtum ſit primum. Ita habetur. 5. libro Luſit. ord. titu. 37. in princ. Vt autem in materia de cambijs dictum eſt, tempore, quo ea lex condita fuit, ex ſelibra argenti ſolùm conficiebantur in eo Regno ſex cruciati: hodie verò euecto regali argenteo ad quadraginta *reais* in eo Regno, plures conficiuntur. Cum autem valor, quem furtum habere debet, vt puniatur pœna mortis, expreſſus ea lege ſit ſelibra argenti, non verò ſex cruciatis, quos tunc valebat, vtique hodie neceſſe eſt quòd furtum ad valorem pertingat, quem ſelibra argenti nunc habet, vt puniri pœna mortis poſſit. Præſertim cum valor pecuniæ, ad res alias ea emendas, multum decreuerit. Et cum pœnæ, maximè adeò acerbæ, ſint reſtringendæ. Idem intellige, quotieſcunque in ordinationibus Luſitanis mentio fit ſelibræ argenti, valoris ve illius, aut partis illius, ad pęnam infligendam, & quotieſcunque pęna nomine ſelibræ argenti, aut partis illius, exprimitur. Qui infra valorem ſelibræ argenti, furatur in eo Regno valorem quadringentorum *reais*, aut ultra, punitur pœna flagellorum *con baraco è preguam*, & abſciſſionis aurium. Qui verò infra eum valorem furatur, punitur pęna flagellorum *con baraco è preguam*, aut alia minori corporali, arbitrio iudicum, attenta quantitate, & qualitate furti, & qualitate eius, qui furatus eſt. Mancipium verò, ſiue Chriſtianum, ſiue infidele, quod id fuerit furatum, modo furtum pertingat ad valorem centum *reais*, punitur pœna flagellorum *con baraco è preguam*, & abſciſſionis aurium. Quando autem furtum mancipij non pertingit ad valorem centum *reais*, punitur ſola pęna flagellorum. Quicunque in eo Regno commiſerit tria furta, modò ſingula, vt minimum ſint ualoris quadringentorum *reais* punitur pęna mortis, eſto pro primo, & ſecundo, furto punitus iam antea fuerit aliis pœnis. Ita habetur titu. 37. citato. §. 2. & 3. Neſcio tamen, an pęnæ adeò acerbæ, præſertim hodie, quando adeò decreuit in eo Regno valor pecuniæ ad res alias ea comparandas, tanto cum rigore mandentur exequutioni. Eiuſque ego eſſem ſententiæ, vt mutarentur, multumque de tanto rigore mitigaretur.

Ius Luſit. 24

25 Qui emit in eo Regno rem, quæ veriſimiliter, attenta eius qualitate, ac perſonæ vendentis, videtur furto ablata, aut non eſſe eius, qui illam vendit, ſi poſtea comperiatur, eam rem furto fuiſſe ablatam, punitur emptor ac ſi eam furto abſtuliſſet, neque ei prodeſt,

deſt, quòd dicat, à quo illam emerit. Ita habetur ibidem. §.4.

Qui in curia, aut in ciuitate Olyſſiponenſi, emit aliquid valoris vltra quinquaginta *reais* ab alio, quã *dos pregoeyros è a de las*, qui ad res vendendas ſunt deputati, aut ab artificibus, qui tales res conficiunt, ſi comperiatur poſtea id furto fuiſſe ablatum, ſoluit rem ita emptam domino, & inſuper quadruplũ, quòd ſi quadruplum non pertingat ad duo mille *reais*, ſoluit duo mille *reais*, dimidium totius pœnę accuſanti, & dimidium pietati, & detinetur in vinculis quindecim dies: neque eum excuſat à tota hac pœna, quòd dicat, à quo eam rem emerit. Quòd ſi ſecundò in idem crimen inciderit, exulat inſuper vno anno in aliquo *dos cautos de reyno*. Ita habetur ibidem. §.5.

Is, cui offertur emenda res furto ablata poteſt comprehendere talem venditorem, eumque offerre miniſtris publicis cum tali re furtiua. Compertoque poſtea, furto fuiſſe ablatam, ſoluitur tali, qui ita venditorem comprehendit, de bonis eius venditoris, quantum ea res æſtimabitur. Si verò is ſoluendo non ſit, ſoluitur ei de arca pietatis, modo non plus de ea arca ei ſoluatur, quàm quinque cruciati. Ita habetur ibidem. §.6.

Quando res deuenit ad aliquem legitimo titulo, vt commodati, depoſiti, tanquam receptori, opifici ad aliquid inde efficiendum, aut alio legitimo titulo, ſi is id furetur, aut cum eo fugiat, vel illud vẽdat, punitur iudicis arbitrio, etiam pęna mortis, ſi crimẽ tanta pęna iudicabitur dignum. Præcipitur verò, vt quando tale furtum pertigerit ad valorem decem ſelibrarum argenti, imponatur pęna mortis, & vt nunquam pęna mortis, pro eo crimine impoſita, mandetur exequutioni, quin prius ea de re factus Rex ipſe ſit certior. Ita habetur ibid. §.7.

Quando oſtenditur ſcindens, aut aperiens marſupiũ alterius, eſto nihil in eo marſupio reperiatur, damnatur pena flagellorum ac abſciſſionis aurium. Ita habetur leg. prima, titu. tertio, part. quarta, leg. extrauagan.

Quicunque fuerit repertus habere *gazuas*, punitur pęna flagellorum, & exilij duobus annis in inſulam Diui Thomæ. Si verò fuerit eius qualitatis, qui flagellorum pęna non debeat puniri, exulat tribus annis in eadem inſula. In eaſdem pęnas incidit faber ferrarius, aut quicumque alius, cui probatũ fuerit feciſſe ea inſtrumenta. Ita habetur ibidem. §.8. In eaſdem pœnas incidunt, qui, poſt datum ſignũ, vt omnes de nocte ſe recipiant, repertus fuerit cum inſtrumentis, de quibus conſtet, eſſe ad aperiendas, aut confringendas, arcas, vel portas, aut ad eas extrahendas de cardine. Ita habetur tit. 37. citato. §.9. Ibidem. §.10. ſubiungitur, vt fures ſignarẽtur ſigno quodam in facie. Ea tamen lex abrogata eſt. l. vlt. tit. 1. par. 4. leg. extrauag.

Qui de nocte à parte exteriori claudit portas aliorum, ipſis non conſentientibus, ſi ſit plebeius, punitur pœna flagellorum *con baraco è preguam*: ſi verò ſit maioris notæ, exulat duobus annis in aliquo ex locis tranſmarinis. Quòd ſi ſimul aliud delictũ committant, inſuper puniuntur pęna eius delicti. Ita habetur ibidem. §. vlt.

26 De iure canonico, ſi clericus furetur, deponẽdus eſt: modo furtum non ſit leue, vt quia modicæ quantitatis, aut quia domeſticum, vt bene notat Panorm. in c. tua. de pęnis: nam tũc pęna ſolum arbitraria puniri debet. Quòd ſi depoſitus fuerit incorrigibilis, admonitus, erit excommunicandus & anathematizandus. Atque, vt hæc fiant, comprehendi debet, & in vinculis detineri, dum de cauſa cognoſcitur ac profertur ſententia. Si verò nec ſic deſtiterit, relaxari verbaliter debet ſeculari poteſtati, atq; ex tunc

non gaudet priuilegio fori Eccleſiaſtici; ſed puniri debet per ſecularem poteſtatem pœnis aliorum furum; attenta tamen qualitate perſonæ, ſicut & in puniendis furibus ſecularibus qualitas perſonæ attenditur. Ita habetur capit. cum non ab homine, de iudicijs, ibique, & capitu. tuæ. citato, notat Panormitan. vide etiam Syluestrum, verb. degradatio. De clerico verò rapinam committente mox dicetur.

De iure Cæſareo communi, quando furtum, ſine vi quidem illata perſonis, cæterum cum effractione fiebat, feræ, portarum, parietis, tecti, aut alterius rei, non imponebatur pœna mortis, aut mutilationis, ſed ſi talis fur cum effractione erat nocturnus, flagellatus, mittebatur in metallum: ſi verò erat diurnus, flagellatus ſimiliter, damnabatur vt ſeruiret in opere publico in perpetuum, aut ad tempus, pro criminis, & circumſtantiarum, qualitate, vel nobilis relegabatur, vt conſtat ex l. vlt. ff. de effractoribus, iuncto. §. vltim. legis antecedentis, & ita affirmant Grego. Lopez. l.18. tit. 14. part. 7. verb. *matar ni cortar miembro*. Ant. Gom. 3. tom. var. reſolut. capit. 5. num. 12. & alij, quos citant. Neque refragatur. l.18. citata: quoniam non ſtatuit pęnam mortis effractoribus, ſeu furãtibus ex domibus cum effractione ſine violentia illata perſonis, ſed diripientibus ex domibus cum violentia perſonis illata, ſiue cum armis, ſiue ſine armis: de qua re ſtatim dicetur. 27

De iure huius Regni lex 6. titu. 26. lib. octauo, nouæ collect. Sic habet: *Todo aquel, que fora da caſa, o fiziere lugar por donde hombre entre a hazer maleficio cae en caſo de aleue, y pierde la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara, y el cuerpo a la mi merced.* Item lex 6. titu. quinto, lib. quarto, fori ſic habet, *Todo ome, que foradare caſa, o quebrantare Igleſia, por furtar mucra por ello.* Et hæc lex eſt, quæ ſeruatur in praxi quoad hoc in Regno, vt hoc ſeruari in praxi affirmat Anton. Gom. nume. 12. citato, etiam ſi furtum ſit paruę quantitatis, & Grego. Lopez gloſſa citata, relata eadem lege fori, ait ſe credere ſeruari eam in praxi: non verò eſt lex. 18. titu. 14. part. 7. quicquid Ant. Gom. num. 12. citato in contrarium dicat, cum lex illa. 18. nihil tale ſtatuat. Gregor. Lopez gloſſa citata, & Montaluus in legem 5. fori, referunt. l.74. ſtyli, quæ, declarãdo prædictam legem 5. fori, eam extendit ad aſcendentem per parietem, vel intrantem per feneſtram, vel per tectum domus, vel ſi aperuerit oſtium claue, vel ſeram arcæ fregerit. Subiungit verò Gregor. Lopez, ſe non affirmare, ſeruari in praxi eam legem ſtyli, remittitque vt ea de re conſulantur practici in puniendis delictis. Quòd vero non ſeruetur in praxi, non leue mihi eſt argumentum, me non inueniſſe eam legem ſtyli in noua legum collectione, etiamſi diligenter eã quæſierim. Et Antonius Gom. nume. duodecimo citato in poſtrema editione, facta ſolum mentione de leg. 18. & de lege quinta *fori*, citatis, nõ verò de hac lege ſtyli, ait, ſe defendiſſe quendam, qui furatus fuerat plus, quàm quinquaginta ducatos, fracta arca, & obtinuiſſe, ne interficeretur, eo quòd prædicta lex loquatur de fractura domus, eaque de cauſa non ſufficiat fractura arcæ. 28 Ius Caſtellæ

De iure verò Luſitano, ſi quis aperuerit aliquam portam, aut intrauerit domum, quæ erat clauſa, per portam, feneſtram, aut tectum, vel aliquo alio modo, & furatus fuerit valorem dimidij ſelibræ argenti, aut amplius, punitur mortis pęna. Et quamuis nihil furetur ex tali domo, ſi tamen aperuerit portam illius, aut intrauerit domum modo explicato furandi animo, punitur flagellorum pęna *con baraco è preguam*, amputanturque ei aures, & exulat in perpetuũ in inſulã Diui Thomę. Ita habetur 5. lib. ord. tit. 27. §. 1. De eo verò, qui deprehenditur cũ inſtru- 29

mentis ad hæc patrandum, dictum eſt paulo ſuperius, dum de pęnis furibus iure Luſitano ſtatutis eſt dictum.

30 Quod ad rapinam, raptoreſque attinet, ex relatis hac eadem diſputatione ex l.capitalium.§.graſſatores,& §.famoſos.ff.de pęnis, iunctis authentica ſed nouo iure.C.de ſeruis fugit.& authētico vt nulli iudicum.§.penult. liquet, de iure communi, ſi, vt rapiant,aliquem interficiant,puniēdos eſſe pęna mortis,ibique eſſe ſuſpendendos, ſi commodè fieri poſſit, vbi homicidium ob rapinam patrarunt, vt ex §. famoſos relato, conſtat. Debere etiam eos puniri pęna mortis, patet etiam ex dictis Diſput.682. vbi oſtenſum eſt, quando vis iniuſta infertur,& aliquis interficitur,etiam ex parte eius,qui eam vim intulit, autorem talis vis puniri pęna mortis:multo verò magis id locum habebit, quando aliquis interficit alterum,vt illum bonis ſuis iniuſtè ſpoliet, qui ſolus latro illis iuribus nuncupatur, vt ſupra expendimus. Ex §.graſſatores,etiam eſt perſpicuum,de iure communi tunc ſolùm graſſatorem ad prædam, qui neminem interficit, eſſe morte plectendum, quando cum ferro prædari aggreditur, nō ſemel,ſed ſępius, hoc eſt,ſaltem bis, & in itineribus. Si enim, vel ſine armis prædetur ſemel tantùm,aut pluries cum armis prædetur, cæterùm non in itineribus, ſed vel in domo, aut villa aliqua, vel deprehenſos aliquos in deſerto,non punitur pęna mortis,ſed vel mittitur in metallum, vel relegatur in inſulam aliquam, vt habetur.§.citato. Atque hæc ſimiliter habent locum in graſſatoribus mari,qui piratæ,aut curſarij,dicuntur, quod ſi interficiant, puniuntur morte, ſi verò non interficiant,ſed aggrediantur pluries,vt bis,interficiuntur ſimiliter, quia aggrediuntur agentes iter mari,vbi non ſunt alia itinera, neque alia ſemitæ. Si verò ſemel tantum aggrediantur,non interficiuntur de iure communi; cōſentiunt duo authentica citata, & doctores, quos referunt ac ſequuntur Anton. Gom. 3.tom. var. reſolut. cap. quinto, nume.10. & Gregor. Lopez.l.18.titu.14. par.7.verb. *tuuieſſe caminos*, & verb. *en la mar*. Itaque de iure communi raptor bonorum alienorum, extra duos euentus commemoratos,non puniebatur pęna mortis: ſed vno è duobus modis agi poterat aduerſus eum, quem potius eligere vellet offenſus. In primis agere poterat ciuiliter,exigendo, vltra rem raptam, aut æſtimationem illius, & fructus ex ea perceptos, & qui percipi potuerunt,ac damna omnia ſubſequuta,ad quæ omnia tenetur raptor ex iuſtitia,etiam in foro conſcientiæ,nulla expectata ſententia: exigendo, inquam, vltra hæc omnia, triplum eius, quod valebat res rapta, idque in pęnam delicti ſibi applicandam,aut exigendo quadruplum, includendo in eo rem ipſam raptam, ita vt ſolum triplum haberet rationem pęnæ. Porrò hæc actio ciuilis ſolùm competabat læſo, vno integro anno à puncto commiſſi delicti; vtili tamen,hoc eſt, non computando in partes illius dies, in quibus non potuit agere, vel quia impeditus,vel aliqua alia ratione, vt quia non erant dies audientiæ,addendoque totidem alios dies vtiles vſque ad complementum integri anni. Extra eum verò annum vtilem,ſolū poterat agere ad ſimplum,hoc eſt,ad rem ipſam raptā,aut ad æſtimationem illius,& ad fructus ac damna ſubſequuta:quoniam ſola pęna præſcribebatur eo anno integro elapſo. Quando autem rapina fuit facta in abſentia eorū, qui poſſent reſiſtere,vt quia aggreſſus eſt aliquis rapere animo vim inferendi, ſi quem reperiſſet, qui poſſet reſiſtere,tūc,ſi læſus egiſſet ad duplum actione furti occulti, poſſet iterum agere ad incremētum ſolùm actione bonorum raptorum,vt integra pęna tripli malefactori imponeretur. Hæc habentur.l.1. & 2.ff.de vi bonor.rapt.inſt.eod.titu.in prin.l.2.& tribus ſequen.C.eod.tit.& l.3.tit.13.par.7. Deinde læſus poterat agere criminaliter,vt habetur.l.3.citata,& alijs iuribus,ad pęnam legis Iuliæ de vi publica,aut de vi priuata, prout fuerit vis, quæ in rapina interuenerit.publica videlicet,aut priuata: quæ autem ſint pęnæ,ad quas agitur hac actione,Diſp.682. eſt copiosè explicatum: & in illis,quando vis eſt publica,hoc eſt,cum armis,includuntur pęnæ deputationis ad metalla,aut deportationis, vt Diſput.682. citata dictum eſt,de quibus eſt ſermo §. graſſatores citato, quando graſſatores ferro aggrediuntur, neque illis eſt imponenda pęna mortis. Vt verò obſeruat Gregor. Lopez.l.18. citata, verb. *en la mar*, cum alijs, quos citat. hodie non eſt in vſu pęna ad metalla, aut deportationis, eaque de cauſa imponenda eſt loco illius pęna arbitraria,refertque,quēdam dixiſſe, eſſe imponendam pęnam abſciſſionis manuum propter delicti immanitatem. Porrò hæc actio criminalis,ad pęnam legis Iuliæ de vi publica, aut priuata,non impedit,quòd merè ciuiliter agatur etiam ad rem raptam,aut ad æſtimationem illius,& ad fructus ex ea perceptos, & qui percipi poterant, atque ad reliqua damna,ſi quæ inde ſint ſequuta, vt Diſput.682. citata dictum eſt: neque enim ex his duabus actionibus vna impedit aliam, vt ſupra in hac Diſputatione eſt oſtenſum. Quo loco obſerua,etiam in criminibus, in quibus vera vis non interuenit, ſed priuilegium habent, vt in eis agatur etiam de vi publica,aut priuata,vt ſunt furtum ex incendio,& alia Diſput.682. commemorata,poſſe agi eiſdem modis: eo quòd ſint rapinæ iuris priuilegio,vt Diſp.683.eſt dictum.

31 Ius Caſtellæ. Quod ad hoc Caſtellæ Regnum attinet. In primis.lex 18.citata ſic habet: *Por razon de furto no deue de matar ni cortar miembro ninguno. Fueras ende, ſi fueſſe ladron conocido, que manifieſtamente tuuieſſe caminos, o que robaſſe otros en la mar con nauios armados, a quien dizen curſarios, o ſi fueßen ladrones que ouieſſen entrado por fuerza en las caſas, o en los lugares, de otros para robar con armas, o ſin armas*. Vbi vides, in his euentibus ſtatui pęnam mortis. Gregor. Lopez ibidem in duobus prioribus euentibus intelligit hanc legem conſentaneè ad ius commune, vt ſcilicet non ſufficiat vna rapina in itineribus, aut in mari, quando non interuenit mors, vt graſſator terra, aut mari, interficiatur, ſed neceſſarium ſit pluries,ſaltem bis id feciſſe, aggreſſumve fuiſſe id facere: id quod ſatis ſignificant verba illa, *ſi fueſſe ladron conocido, que manifieſtamente tuuieſſe caminos*: qui enim ſemel tantum in itinere rapinam commiſiſſet, non diceretur *ſer ladron conocido, que manifieſtamente tuuieſſe caminos*. Idem ſignificant verba illa; *que robaſſe a otros en la mar con nauios armados, a quien dizen curſarios*: qui enim ſemel tantum prædam feciſſet in mari, non diceretur *curſario, ni robar a otros con nauios armados*, præſertim cum repetendum videatur verbum *manifieſtamente*. Gregor. Lopez idem cenſet dicendum in tertio euentu, *de los ladrones que entran por fuerza en las caſas, o en los lugares, de otros para robar con armas, o ſin ellas*, nempe non ſufficere ſemel tantum id feciſse, aut attentaſſe,ſi mors non interueniat,ſed neceſsarium eſse pluries, ſaltem bis id feciſse, vt mortis pœna puniantur. Ducitur, quoniam hoc crimen non eſt grauius, ſed leuius, quam graſsatorum in itineribus, aut in mari; præſertim cum in domibus ſoleat eſse maior defenſio à vicinis, quàm in itineribus, aut in mari: neque ſit veriſimile, quòd in vno & eodem contextu grauior pœna imponatur pro minus graui,& minus pernicioſo delicto, quàm pro grauiori, magiſq; pernicioſo. Anton. verò Gom. 3.tom.var.reſol.capit.5.nume.10.de ſolis duobus prioribus euentibus loquens,licèt non improbabilem arbitretur opinionem,

nem, quam Greg. Lopez amplectitur, ait tamen,in conſulendo,& iudicando,dicendum eſſe, iuxta eam legem, ſatis eſſe vnum actum graſſatoris terra aut mari, vt eſto mors non interueniat, graſſator morte plectatur. Ego verò ex ſola ea lege id non exiſtimo verum:quoniam lex ipſa in illis duobus prioribus euētibus ſatis innuit opinionem, quam Greg. Lopez amplectitur, quæ conſentanea eſt iuri communi, eaque ratione amplectenda: præſertim cum leges partitarum recedere non ſoleant à diſpoſitionibus iuris communis, correctioque iuris communis, quantum fieri poſſit,ſit vitanda. Quoad poſteriorem verò euentum, cum de iure communi, neque pro vno neque pro pluribus,ſit ſtatuta pœna mortis, ſed ſolum pęna legis Iuliæ de vi publica, aut de vi priuata, prout fuerit vis, quæ in eo euentu interuenerit, neque authentica citata ſtatuant, vt in eo euentu alia pęna imponatur, quàm pęna antiquioribus legibus iuris communis ſtatuta; lexque ea partitarum apertè in eo euentu à iure communi diſcedat, ſtatuens in eo euētu pęnam mortis, neque innuat neceſſarios ad id eſſe plures actus, ſed potius apertè ſonet, ſufficere vnum; ſanè non auderē dicere, in eo euentu neceſſarios eſſe plures actus, vt tales raptores pęna mortis afficiantur, neque credo id habere conſuetudinem.

32 Lex 1.tit.12.lib.8.nouæ collect.ſic habet: *Defendemos, que perſona alguna no ſea oſado de hazer en los caminos fuerzas, ni robos; y qualquiera que las hiziere; aliende de las penas que deue proceder por derecho, cayga y incurra en pena de ſeis mil marauedis para la nueſtra camara*. Pęnæ autem potentibus, qui cum ſuis *roban o toman*, ſtatutæ habentur ibidem.l.2.& ſequentibus.

Lex verò 6. titu.23. eiuſdem lib.8. ſic habet: *El que matare, o hiriere, à otro rabandole en el camino, allende de la pena corporal, que deue padeſcer, que pierda la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara. Y ſi robare en el camino de cien marauedis ariba, aunque no mate, ni hiera, pierda la mitad de los bienes, y la mitad dellos ſea para el robado, y la otra mitad para la camara.*

Quæ ſuprà.§.miniſtri *de la hermandad*, dicta ſunt de furtis factis in eremo, & quando cenſeātur facta in eremo,& quibus pœnis ſint punienda, & quando pœna mortis,& quali, & quouſque cognitio de illis, & punitio,ſpectet ad iudices *de la hermandad*, ſimiliter,& præcipuè,habent locum in rapinis ſimiliter factis, de quibus præcipuè leges ibi citatæ loquuntur, ideoque neceſſe non erit illas circa rapinas repetere. Item circa rapinas locum etiam habent,quæ ibi ſubiuncta ſunt de commutatione in pœnam remigandi in triremibus,niſi delictum ſit tale, vt expediat continuò pœna legibus ſtatuta, minimeque in aliam cōmutata,ea puniri,vt ibidem ſubiunctum eſt.

Lex 1.titu.19.lib.quinto,nouæ collect. Sic habet: *Porque algunos cambiadores, y mercaderes, reciben mercadurias fiadas para pagar à cierto termino, y los cambiadores reciben moneda de otros para la tener en ſu cambio, y deſpues ſe auſentan con caudales agenos, y van à lugares de ſenorio y à fortalezas, o fuera de nueſtros reinos, lo qual es coſa fea y dañoſa, por ende ordenamos y mandamos, que el cambiador, o mercader, que tal coſa hiziere, ſea tenido dende en adelante por robador publico, è incurra por ello en las penas, en que caen è incurren los robadores publicos, y ſe haga proceſſo criminal en ſu abſencia, como contra publico robador. Y defendemos, que ningun alcalde, ni otro que tenga fortaleza, ni otra perſona alguna, ni las nueſtras iuſticias, no ſean oſados à receptar à el cambiador, o mercader, y que lo entreguen à la iuſticia, que en eſte caſo deuiere conocer, cada y quando que fuere requerido, ſo pena que el tal receptor, o el que lo denegare de entregar, ſea tenido y obligado à la tal pena, que el dicho cambiador o mercador, que huyo con lo ageno, pagara, ſi fueſe entregado, y ſea tenido de pagar lo que el tal cambiador, o mercader, deue. Y tenemos por bien, que en eſta miſma pena incurra el, que de aqui adelante fuere requerido con eſta nueſtra ley, el que receptare, o defendiere, y no entregare, à el que eſta alzado con lo ageno, deſde antes que ſta ley ſe hizieſe.* Hinc patet, crimen, de quo in hac lege eſt ſermo, priuilegio eiuſdem legis ſortiri rationem rapinæ.

Et lex 2.ſequens ſic habet: *Ningun mercader, ni cambiador, ni ſus fatores, ſe alcen con mercadurias, ni dineros, ni otra hazienda alguna agena, ſo las penas contenidas en la ley por nos hecha en las cortes de Toledo* (hoc eſt, lege præcedente) *y en las otras leyes de nueſtros reinos, que acerca deſto diſponen. Y nos por la preſente declaramos, los que anſi ſe alzaren, ſer publicos ladrones y verdaderos robadores. Y queremos que en caſo, que las penas criminales en ellos no ſean executadas, que el mercader, o cambiador, o ſu fator, que aſſi ſe alzare, dende en adelante no pueda tener, ni vſar, ni tenga, ni vſe, officio de mercader, ni de cambiador, ni de fator, ca nos por la preſente por el miſmo hecho, ſin otra ſentencia ni declaracion alguna, los inhabilitamos de los dichos officios para toda ſu vida, y les mandamos que no vſen dellos, ſo las penas, en que caen è incurren las perſonas priuadas, que vſan de officios publicos ſin tener poder ni facultad para ello, y ſo pena de perdimiento de todos ſus bienes, que tuuieren, para la nueſtra camara y fiſco. Y otroſi mandamos, que qualquier iguala, y conueniencia, o tranſaction, o remiſſion, que ſea hecha deſpues de aſſi alzados, con los dichos ſus acreedores o con otra qualquier perſona en periuizio de los dichos ſus acreedores, con qualeſquier clauſulas y vinculos y cautelas, de qualquier manera que ſean, que no valgan, y ſin embargo de todo ello, ſea hecho cumplimiento de iuſticia a las partes conforme a lo en eſta nueſtra pragmatica cōtenido. Y las nueſtras iuſticias, cada y quando que ſe alzaren qualeſquier cambiadores, o mercaders, o ſus fatores, con alguna hazienda agena, hagan proceſſo contra ellos, y contra cadauno dellos, y contra ſus bienes, conforme a las dichas leyes y a lo de ſuſo contenido, y executen en ellos, y en ſus bienes, las penas en ellas contenidas. Y ſe algunos bienes ſuyos hallaren, que eſtan receptados en algunas yglefias, o monaſterios, o hoſpitales, o fortalezas, o en otras qualeſquier partes y lugares, los ſaquen dellas, para que de alli ſe paguen los acreedores, de lo que les fuere deuido. Y mandamos à qualeſquier perſonas, en cuyo poder eſtuuieren qualeſquier deudas, o mercadura, o mercadurias, o otros qualeſquier bienes de los que aſſi ſe alzaren, o ſupieren quien los tiene, no paguen las dichas deudas à las perſonas, que aſſi ſe vuieren alzado como dicho es, ni les acudan con los dichos bienes, ni con parte dellos, y dentro de treinta dias, deſpues que en qualquier manera viniere à ſu noticia, que el tal mercader, o cambiador, o fator, ſea alzado, venga à manifeſtar lo que tiene ſuyo, y les deue, ante las nueſtras iuſticias, para que dellos puedan pagar, y paguen, los dichos acreedores conforme à derecho, ſo pena, que lo que les pagare, ſe aya por no pagado, y lo torne à pagar otra vez, y pierda otra tanto de ſus bienes, como encubriere, e no deſcubriere, ſabiendo quien lo tiene, para la nueſtra camara y fiſco, y otro tanto para pagar los acreedores del que aſſi eſtuuiere alzado.*

Et l.3.ſequenti ſubiungitur: *Mandamos, que las leyes, que hablan contra los que ſe alzan, ayan lugar y ſe executen en las perſonas de aquellos, que alzaren ſus bienes, aunque ſus perſonas no ſe auſenten, prouando ſus acreedores que las tales perſonas alzaron, y eſcondieron los bienes, que tenian.*

Et l.4.ſequenti additur: *Mandamos que de aqui adelante ningun mercader, que ſe alzare, no pueda gozar, ni goze, del priuilegio de la hidalguia, para excuſarſe de la pena del dicho delito, ni para otro caſo, ni coſa alguna. Y lo miſmo mandamos, que ſe guarde y* cumpla

cumpla contra los recaudadores y mayordomos de concejos, y de qualeſquier perſonas, que ſe alzaren.

Et l. 5. additur: *Otroſi por quanto algunos de los mercaderes, y cambiadores, pueſto que no alcenſus perſonas y bienes, pero dizen que quiebran en ſus contrataciones y negocios, de lo qual ſiendo por ſu culpa y dolo o malicia, reſulta daño a la republica, mandamos, que en quanto a los que aſſi quiebran y no cumplen por falta de bienes, que ſe haga iuſticia conforme a derecho y a leyes deſtos reynos, y la qualidad de los negocios.*

Ius Luſit.

33 De iure Luſitano, libro 5. ord. titu. 38. erat ſancitum, vt qui vi, ac contra alterius uoluntatem, auferret aliquid ab eo, penes quem erat, ſi res ita vi accepta eſſet ualoris mille *reais*, aut ultra, accipiens interficeretur. Si uerò non attingeret valorem mille *reais*, ſubiret pœnas, quæ ſupra relatæ ſunt, ſtatutas in eo Regno eſſe furantibus eam quantitatem. Quæ autem dicta ſunt, locum non habent, etiam ſi is, qui rem ita ui accepit, dicat, ſe obtuliſſe pretium rei ita acceptæ ei, penes quem ea res erat, & à quo vi illam accepit, aut illi reliquiſſe pretium illius. Si tamen res vi acceptæ ad uictum attinebant, & qui illas accepit erat *caualeiro*, aut altioris notæ, tunc pro prima vice ſoluebat illud in triplo, pro ſecunda in ſexcuplo, & pro tertia nouies, indeque ſoluebatur ei, qui eam rapinam erat paſſus, pretium rei, totumque lucrum ceſſans, ac damnnm emergens, & reliquum erat in redemptionem captiuorum. Ita habetur titu. 38. citato, iuncto titu. 36. libro 2. Quo in loco lege pœnas ſtatutas, tum dominis temporalibus, qui à ſibi ſubditis inuitis, tum etiam quibuſcunque alijs, qui à quocunque inuito, ſine auctoritate iudicis, accipiunt cibos, iumenta, aut plauſtra, nihil impediente, quòd pretium iuſtum offerant. Poſtea verò l. 2. titu. 3. par. 4. l. extrauag. ſtatuit Emmanuel Rex, vt quicunque in via, vel in agro, aut in loco deſerto, raperet quicquam ab alio, ſi res rapta excederet valorem centum *reais*, morte puniretur. Si verò non excederet eum valorem, flagellaretur, ac mitteretur in perpetuum exilium in inſulam diui Thomæ.

34 De iure canonico, ſi clericus latrocinium (hoc eſt furtum cum violentia, vt bene exponit Panor. c. tuæ de pęnis) committat, vt ſi ſit graſſator, ſimul eſt deponendus, ſeu (quod idem eſt) degradandus verbaliter, & detrudendus in monaſterium ad perpetuam in eo pœnitentiam agendam. Quando auté eſſet incorrigibilis, relinquendus eſſet brachio ſeculari, atque ex tunc non gauderet priuilegio fori, ſed puniri per ſecularem poteſtatem poſſet ac ſi eſſet laicus. Hæc conſtant ex c. tuæ de pœnis, iuncto, cap. cum non ab homine de iudicijs. Lege Panor. vtrobique, & Sylu. verb. *degradatio*. Hæc de pœnis rapinæ ſtatutis.

35 Quod attinet ad pœnas pro furto, in quo ſacrilegium interuenit, in principio diſputationis præcedétis, agendo de ſpirituali pęna pro eo delicto, explanauimus, quis dicatur locus ſacer, vt furtum in eo commiſſum ſacrilegium cenſeatur. In foro ſeculari de iure Cæſareo communi, qui furatur rem ſacram de loco ſacro, punitur pœna mortis, vt conſtat ex l. ſacrilegij, & ex l. ſacrilegi. ff. ad leg. Iul. pecul. Aliquádo tamen, attenta qualitate perſonæ quo ad ætatem, & alias circunſtantias, & attenta quantitate & qualitate furti, mitior pœna iniungebatur, vt deportationis, exilii, aut alia iudicis arbitrio, vt patet lege ſacrilegij citata.

Lex tamen ſacrilegij citata, pęna mortis punire videtur furtum, etiam rei non ſacræ Deo donatæ, ſi de nocte fiat cum templi effractione ſecus verò ſi de die aliquid tale ex templo furto ſit ablatum.

36 In hoc verò Regno lex 18. ti. 14. par. 7. indiſtinctę ſtatuit pœnam mortis furanti rem ſacram de loco ſacro. Commemorando enim fures, qui mortis pęna puniuntur, ait, *o ladron que furtaſſe de la Igleſia, o de otro lugar religioſo, alguna coſa ſancta o ſagrada*. Et Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. c. 5. num. 11. ait, ita indiſtinctè eam legem in hoc Regno practicari. Greg. tamen Lopez ibidem verb. *alguna coſa ſancta o ſagrada*. cenſet ex circunſtantijs minui eam pœnam, iuxta diſpoſitionem iuris communis. Ac certè id videtur conſentaneum rationi ac æquitati. Ea enim verba exceptio ſunt ab illa regula, quòd pro furto imponi nó debeat pęna mortis aut mutilationis, excipitque ea lex illis verbis ſacrilegium rei ſacrę de loco ſacro, prout etiam dę iure communi eſt exceptú: relinquit verò id moderandum iuxta moderationē ac diſpoſitionem iuris communis: durum quippe videtur, vt pro furto mapparum ſacrarum, quæ corporales dicuntur, ſi modici valoris ſint quoad materiá, & furtum non ſit ad rem profanam, ſed vt inſeruiát in alia Eccleſia, aut ſacello, imponatur pęna mortis, maximè ſi, qui ad eum vſum eas mappas eſt furatus, puer ſimplex, aut nobilis ſit. Nomine autem rei ſacræ hoc loco intelligitur abſque controuerſia, quæ eſt cóſecrata, aut benedicta, vt ſunt calices, ara, mappæ quas *corporales* vocamus, veſtes quibus fit ſacrú, & ſimilia. Vaſa autem, quibus vinum, & aqua, in calicem infunditur, ornamenta ſerica altaris, quæ *frontales* dicuntur, linteus pannus, quo tegitur & ornatur altare, & his ſimilia, quæ benedicta non ſunt, nó dicuntur res ſacræ, licèt miniſterio altaris deſeruiát, & licèt furtum earum rerum grauius ſit puniendū, quàm furtum rerum merè profanarum. Imò eſt verum crimen peculatus furtum rerum Eccleſiæ, etiā ſi cultui diuino non inſeruiant, neque ſint ad id deputatæ, neque tale furtum in loco ſacro committatur, fureſque talium rerum pęnis criminis peculatus puniuntur, vt Diſput. 684. dictum eſt, dum de crimine peculatus erat nobis ſermo. De eiuſmodi verò pęnis ſtatim erit ſermo. De cruce, quæ Chriſtum in ea affixum repræſentat, & de reliquis imaginibus, quæ ea, quorum ſunt typi, reprę́ſentant, eaque ratione verè res ſanctæ dicuntur, & comprehendi videntur illis verbis legis 18. relatis, quæ diſiunctiua ſunt, *alguna coſa ſancta o ſagrada*, eſt maius dubiú, num, ſaltem quando materia eſt magni valoris, vt ſi ſit crux argentea non exigui valoris, ſuſpendi fur propter furtum illius debeat. Ant. Gomez vbi ſupra ait, cum Salmanticæ eiuſmodi furtum fuiſſet factū, furque eſſet comprehenſus, multum ea de rę fuiſſe dubitatum, & tandem iudicatum fuiſſe, id furtum non eſſe rei ſacræ, nec furem damnandum eſſe pęna mortis. Certè propenderem etiam eiuſmodi res in ea lege comprehendi: legem tamen intelligendam eſſe, vt pro furto de re ſacra, aut ſancta, imponatur pœna mortis, attento valore, & attento modo rei ſacrę, attentiſque reliquis circunſtantijs concurrentibus: vnde pro furto crucis magni valoris de loco ſacro ſatis probabile exiſtimo, imponi in hoc Regno poſſe mortis pęnam.

37 De iure verò Luſitano lib. 5. ord. titu. 33. in prin. non ſolùm, qui furatur rem ſacrá de loco ſacro, ſed etiam, qui furatur rem ſacram de loco non ſacro, punitur pœna mortis. Quin etiam, qui furatur partem aliquam *de pedra dara*, aut mapparum, quas *corporales* appellamus, punitur mortis pęna; quod crimen committere ſolent mulieres ad veneficia conficienda. In his tamen euentibus præcipitur, vt mortis pęna non prius exequutioni mádetur, quàm Rex certior ea de re fiat, vt videat, num ex circunſtantijs mitior pœna ſit imponenda. Item de eodem Luſitano iure lib. quinto, ord. titu. 37. §. quarto, qui furatur argentum, aut aurum, Eccleſiæ, vel monaſterij, ſi furtum id committat in Eccleſia,

aut in monaſterio, vel in domo aliqua, quæ ſit intra cęmeterium Eccleſiæ, aut intra monaſterium, punitur mortis pęna. Eademque pęna afficitur, qui furatur ſcripturam aliquā de cartorio Eccleſiæ, aut monaſterij. Attamen in his etiam euentibus pręcipitur, vt pœna mortis non prius exequutioni mandetur, quàm Rex certior ea de re fiat.

Quando autem furtum fieret in Eccleſia cum effractione, apertione ſerarum, aut extractione valuarum de cardine, aut alia ſimili ratione, etiam ſi res inde furto ablata nec ſacra, nec ſancta, modis explicatis, eſſet, ex dictis ſupra circa furtum cum effractione, aut perforatione, videndum eſt, vtrum in hoc & in Luſitaniæ Regnis pœna mortis incurratur.

38 De furto, quod peculatus dicitur, & de crimine illi affini, legis videlicet Iuliæ de reſiduis. Diſpu. 684. eſt dictum. Quòd verò ad pęnas attinet. Si iudex, perſeuerante officio ſuo, incideret in crimen peculatus, vſurpando ſibi pecuniam, aut alia bona principis, communitatis, aut Eccleſiarum, punitur pœna mortis. Ita habetur expreſsè. §. item lex Iulia peculatus inſt. de publ. iudic. l. vnica. C. de crimine pecul. & l. 18. titu. 14. par. 7. Vnde meritò reijcitur glo. l. vnicę citatæ, quæ, textum deſtruendo, exponit, capitali animaduerſioni ſubijci iubemus, id eſt, deportationi. Etenim. §. item lex Iulia peculatus, apertè ponit diſcrimen inter iudicis peculatum, & alios peculatus, quòd iudicis peculatus capitali animaduerſione puniatur, alij uerò puniantur deportationis pœna. Lex 18. citata eandem pœnam mortis extendit ad miniſtros Regis, quorum curæ ſunt bona Regis, aliquid inde ſurripiunt, aut Regi denegant: ſic enim lex illa habet: *O official del Rey que tuuieſſe del algun theſoro en guarda, o que ouieſſe de recadar ſus pechos, o ſus derechos, è le furtare, o le encubriere dellos à ſabiendas, o el juzgador que furtaſſe los marauedis del Rey, o de algun conceio, mientras eſtuuiere en el officio. Qualquier deſtos ſobredichos, à quien fuere probado, quæ fizo furto en alguna deſtas maneras, deue morir por ende el, y quantos dieren aiuda.*

Illi, quos *theſoreros*, aut *almoxariſes*, vel receptores, in hoc Regno, & in Luſitania vocant, cum ea, quæ Regis recipiunt, ſuo periculo accipiant, illorumque dominium comparent, nec teneantur eadem numero ſoluere Regi, aut alijs de Regis mádato, ſed ſolùm æqualem valorem, ſanè ex eo, quòd illis negotientur, & illa inſumant, dum modo non intendant aliquid celare, ſibique vſurpare, neque ita inſumant, vt reddantur impotentes ad ſoluendum Regi, nullum crimen, ac pęnam, incurrunt. Imò, cú Regi fideiuſſores optimos tribuant, qui, in talium miniſtrorum defectum, Regi totum ſoluant, quòd ei debetur, vtique, eſto prodigè inſumāt, ac reddantur impotentes ad ſoluendum, non cenſentur incurrere crimen peculatus, aut legis Iuliæ de reſiduis; niſi aliquid celent ac ſibi vſurpent; in quo euentu crimen peculatus, & pœnam pro illo ipſis ſtatutam, incurrunt, vt dictum eſt, vel niſi, occupādo pecuniam Regis in ſuis proprijs negotiationibus, aut in ſuos ſumptus, tempore cógruo, ac iuxta præſcriptum Regis, eam non ſoluant, aut non inſumant in rebus, in quibus erat inſumenda; in quo euentu incurrunt crimen legis Iuliæ de reſiduis, vt Diſp. 684. dictum eſt, & in pœnam pro eo crimine ſtatutam, de qua ſtatim erit ſermo. Quo fit, vt in eiuſmodi miniſtris locum non habeant. l. 1. & 2. C. de ijs qui ex publicis rationib. lib. 10. quæ ſolùm loquuntur in ſequenti euentu. Quando verò eiuſmodi miniſtri, preſsè ſunt depoſitarij bonorum Regis, quæ recipiunt & apud ſe habent, ita quòd dominium eorum bonorum permanet Regis, neque in ipſos tranſit, vnde ſi abſque ipſorum culpa, de qua iuxta contractum cum Rege teneantur, pereant, non ipſis pereunt, ſed Regi, ſanè, ſi quis ex illis acciperet ex ea pecunia mutuo abſque Regis facultate, eſto fideiuſſores optimos cautionemque optimam præſtaret, incideret in pęnam amiſſionis omnium ſuorum bonorum ac deportationis, iuxta. l. 2. C. de his qui ex publ. ration. lib. 10. cum tamen antea, iuxta, l. 1. eiuſdem tituli, ſolùm incideret in pęnam quadrupli. Niſi dicas, legem ſecundam loqui, quando mutuo acciperetur pecunia aurea; & primam legem loqui, quando mutuo acciperetur quæcunque alia pecunia: quod non videtur verum, ſed potius videtur ſecúda lege auctam illo modo fuiſſe pęnam, antiquatamque fuiſſe pœnam legis primæ. Qui verò pecuniam illam mutuo daret abſque Regis facultate, mortis pęnam incurreret iuxta eandem. l. 2. Atque iuxta hanc noſtram doctrinam accipienda collimandaque ſunt, quæ Greg. Lop. cú alijs, quos citat, tradit. l. 18. citata verb. *mientra eſtuuiere en el officio*. Neſcio tamen an rigor earú legum ſit hodie in uſu.

Crimen peculatus præſcribitur quinquēnio à cómiſſo delicto, ita vt deinceps non admittatur actio de eo delicto. l. peculatus. ff. ad leg. Iul. pecul. Lex tamen 18. citata id in criminibus peculatus explicatis, pro quibus mortis pęna imponitur, reſtringit, vt, elapſo quinquennio, imponi non poſſit mortis pœna, agi tamem poſſit aduerſus eoſdem miniſtros publicos ad pœnam quadrupli eius quantitatis, quam eo crimine furati ſunt. Non tamen video id locum habere ſtando in ſolo iure communi.

Accuſatio item de crimine peculatus, & de crimine legis Iuliæ de reſiduis, intentari primò poteſt aduerſus hæredes delinquentis, illo iam defuncto. Ita habetur. l. vlt. ff. ad leg. Iul. pecul. Intellige, quoad rē furto ablatam, ac damna ſubſequuta, & quoad pœnas pecuniarias, quæ omnia ſolui poſſunt ex bonis delinquentis, non verò quoad pęnas corporales.

In reliquis euentibus crimen peculatus de iure cómuni non punitur mortis pœna, ſed deportationis, cum qua coniunctum quondam erat, vt amitteret omnia ſua bona fiſco, aut, ſi nobilis erat, puniebatur pœna exilij perpetui in aliquam inſulam, vt habetur l. peculatus pœna, iuncta. l. ſacrilegii. §. ſi quis ex metallis, & l. hac lege. ff. ad leg. Iul. pecul. §. item lex Iulia pecul. inſt. de publ. iud. Lex ſacrilegij citata in fine ait, eum, qui ex metallis Regis furatur aurum, aut argentum, immiſcendo aliud vilius, quando cuditur moneta, loco eius, quod furatur, condemnandū eſſe pœna quadrupli. Et eandem pęnam quadrupli imponit. l. penul. ff. eo. tit. ei, qui ex præda capta à militibus ex hoſtibus, quæ ad Regem, vel tota, vel quo ad partem, pertinet, aliquid furatur. Atque in his duobus euentibus non video, de illo iure communi, locum ſimul habere pęnam deportationis: nam qui tunc deportabatur, omnia ſua bona fiſco amittebat, vt habetur. l. peculatus pęna, citata.

39 Ius Caſtellæ. Lex verò 15. tit. 14. par. 7. ſtatuit, vt, qui modo explicato metallum Regis furatur, quādo cuditur moneta, vel eum defraudat emolumento, quod ex moneta, quæ cuditur ipſius, ei prouenit, cudendo ſimul aliam ſimilem, atque æquè bonam, monetam, ex ſuo proprio metallo, aut ex metallo alterius, cui proueniat id lucrum, & non Regi, puniri ſimul pœna quadrupli eius, quod ita furatur, aut quo ita defraudat Regem, & ſimul pœna deportationis, ſi ſit miniſter cudendæ monetæ, aut perpetui exilii in aliquam inſulam, ſi ſit aliquis alius: redditque lex rationem, quia, cum furto, falſarii crimen incurrit. Hodie verò in hoc Regno cuicunque eſt permiſſum cudere monetam in domibus publicis ad id deputatis, ſoluendo Regi ſuum tributum, quod poſt leges citandas eſt impoſitum, vt in materia de cambiis dictum eſt. Ad æream verò monetam cudendam neceſſaria

ria eſt hodie facultas Regis. Qui autem monetam cudit extra domus publicas ad id deputatas, eſto moneta legitima ſit, pęna mortis punitur, & amittit dimidium omnium ſuorum bonorum, diuidendum in tres partes, quarum vna pertinet ad accuſantem, altera ad iudicem, & tertia ad fiſcum. Ita habetur. l. 11. titu. 21. lib. 5. nouę collect. Qualiter autem metallum ſit tradendum, vt in monetas in domibus monetarum redigatur, neque aliud poſſit admiſceri, etiam legitimum, quod cudatur, habetur ibidem. l. 13. ſub pœna mortis theſaurario, eius domus, & cuicunque alteri, qui illud cudendum dederit, & inſuper ſub pœna amiſſionis totius metalli, quod ita cudendum dederit, diuidendum ſimiliter in tres partes, inter accuſantem, iudicem, ac fiſcum. Item opifices, ſeu miniſtri, cudendarum monetarum, qui comperti fuerint aliud cudere, aut aliud habere metallum ad cudendas monetas, puniuntur mortis pœna, ibidem. l. 17. Item ijdem miniſtri cudere non poſſunt monetam, niſi ab ortu ſolis vſque ad occaſum, quòd ſi antea, vel poſt, aliquid cuderint, morte plectuntur, ibidem. l. 18. Lege alia, quæ ijdem miniſtri ſimiliter ad eandem cautelam ibidem præcipiuntur ſeruare ſub pœna mortis, & aliqua inſuper ſub pœna pecuniaria amiſſionis partis, aut omnium bonorum l. 19. 20. 21. 23. 24. 26. 28. 32. & 35. Videas etiam legem 60. & cæteras eius tituli, atque leges additionis ad eundem titulum. Lege 67. pœna mortis, & amiſſionis omnium ſuorum bonorum, ſtatuitur ijs, qui monetas cuſas circuncidunt, aut deſtruunt, redigendo illas in metallum, aut eas extrahunt, è Regno.

40 De iure Luſitano lib. 2. ord. titu. 28. crimen peculatus miniſtrorum Regis, qui aliquid de bonis illius furantur, ſequenti modo punitur: *Qualquer noſſo official, ou otra peſſoa, que algua couſa por nos ouuer de receber, guardar, ou deſpender, ou noſſas rendas arrendar, ou por qualquer outra maneira adminiſtrar, ſe algua das ditas couſas furtar ou malicioſamente leuar, ou leixar furtar, ou leuar a outrem, perca o dito officio, e outra qualquer couſa, que de nos teuer, & paguenos o preco, ou valida, da quello que aſſi for furtado, ou leuado, anoueado, & aalem deſto, auera pena de ladram, ſegundo a qualidade da couſa for, & por noſſas ordenacoes he ordenada. Las ditas penas aueram iſſo meſmo lugar em quaeſquer officiaes noſſos de qualquer officio que ſeja, que derem ainda, ou concelho, ou fauor, a os officiaes contheudos neſta ordenacam, pera cada hundas ditas couſas fazer.*

Ius Luſit.

41 Qui inciderunt in crimen legis Iuliæ de reſiduis, ſolùm puniuntur pœna ſolutionis fiſco Regis tertiæ partis valoris pecuniæ, aut aliarum rerum, in quibus ita deliquerunt. Soluunt tamen ſimul, nó in pœnam, ſed tanquam rem ex natura rei, atque in conſcientiæ foro debitam, res, in quibus deliquerunt, Regi, aut ijs, quibus ex præſcripto Regis erant ſoluẽdę, & inſuper omnia damna ex tali delicto eis ſubſequuta. Ita habetur. l. 4. §. ſed & qui pecuniam. ff. ad leg. Iul. pecul. & l. 14. ti. 14. par. 7.

42 Furtum, quod abigeatus dicitur, quid ſit, & quæ pęnæ de iure communi, & de iure huius Regni, ſint pro eo ſtatutæ, Diſp. 684. eſt dictum, & qua occaſione fuerit de penis pro hoc crimine differendum.

Ibidem etiam dictum eſt de crimine plagij. Et quia non ſolùm comprehendit furtum mancipiorũ ſed etiam flagitia alia, quæ furta nó ſunt: ideo de pęnis pro hoc crimine dictũ ibi eſt, & de alijs, quæ cũ hoc crimine erant coniuncta.

43 Quòd ad eos attinet, qui furti concauſæ ſunt, dicendum eſt. Aduerſus illos agi poſſe de furto. Inprimis condictione furtiua ad omnia damna, tam furti in ſe, quàm ad cętera ſubſequuta; eo quòd cauſę, ſeu concauſæ, eorum omnium damnorum fuerũt. Principali tamen integre ea perſoluente, cæteri ad illa non tenentur: eo quòd, quoad eiuſmodi omnia damna, plenè ſatisfactum ſit parti læſæ. Idem propter eãdem rationem eſt, ſi aliquis cæterorum, qui fuerunt concauſæ, integre ſatisfaciat. Atque principalis potius, quàm cæteri, cogi in foro exteriori debet ea ſatisfacere: in illius tamen defectum, aduerſus cæteros competit actio, vt illa ſoluant. Qui, ſi ſint multi, & ſinguli ſint ſoluendo, & pręſentes, vt ſoluere ſtatim poſſint, ſinguli contribuere eſſent cogendi, æqualiter, aut plus, vel minus, prout æqualiter, vel plus, aut minus, fuiſſent concauſæ eorum damnorum. Si verò aliqui cogi non poſſent aliqua de cauſa contribuere ſtatim, tunc illi ſoli ſunt cogendi contribuere ad integram omnium damnorum ſolutionem, qui ſtatim ſoluere poſſunt. Remanet verò eis actio aduerſus principalem, vt ipſis ſoluat, quod loco illius ſoluerunt, quaſi negotij ea in parte illius geſti: atque in defectum principalis remanet eis actio aduęrſus alios, qui ſimul fuerunt concauſæ eorum damnorum, nec ſoluere ſunt coacti, eo quòd aliqua de cauſa contribuere non potuerint ſtatim. Porrò, in re propoſita, principalis dicitur mandans, aut ratum habens id nomine atque intuitu ipſius factum, ſi talis aliquis ſit datus: niſi res furto ablata ſit penes exequutorem: quoniam tunc, quoad eam rem, ipſe tenetur præcipuè. Poſt mandatorem, aut ratum id habentem nomine ipſius factum, tenetur exequutor, qui principalis cauſa, poſt illos, cenſetur: aut ipſe ſolus cenſetur cauſa principalis, ſi nullus fuit mandator, aut ratum id habens nomine ipſius factum. Quod ſi multi ſunt partiales exequutores, aut mandatores, eiuſdem furti, vt quia ſunt ſocij ad furandum, habentes commune marſupium, aut prædam inter ſe diuidentes, ita quòd nomine omnium furta committũtur, aut dãna dantur, tunc ſinguli tenentur tãquam principales, aut ęqualiter, aut iuxta partem, quę vnumquẽque contingit, & ſinguli tenentur minus principaliter in totum, in aliorum defectu. Semper tamen, ſi res furto ablata ſit apud aliquem, tenetur is illam reddere, poteſtque ex ipſo vendicari, etiamſi contractu lucratiuo, vel oneroſo, illam à fure, aut ab aliquo alio, obtinuiſſet; cui, prout fuerit titulus, quo eam obtinuit, competere poterit actio de euictione aduerſus eum, qui illam ei tradidit. Atque hæc eadem ſimiliter habent locũ in foro conſcientiæ: eo quòd in eo foro ſimiliter debeantur, nulla expectata ſententia, eo ordine, qui explicatus eſt, à quibuſdam deberi principaliter, & ab alijs, in aliorum defectu, cum recurſu aduerſus eos, vt ipſis perſoluant, quod loco eorum ſoluerunt, vt hæc omnia fuſius in materia de reſtitutione explanabuntur, vbi modos omnes explicabimus, quibus aliquis cenſeatur cócauſa furti, aut cuiuſuis alterius damni iniuſtè dari. Illud verò eſt obſeruandum, quando furtum eſſet factum ab aliquo domeſticorum, aduerſus quem non datur actio furti, tametſi detur repetitio eius, quod furto ablatum eſt, ſi extet, iuxta ea quæ diſputatio. 686. fusè ſunt dicta, tunc cooperantes ad id furtum cogi in foro exteriori poſſunt reſtituere valorem rei furto ablatæ, patrifamilias, & inſuper damna omnia, ſi quæ inde vlterius ſint ei ſubſequuta, eſto res ad eiuſmodi cooperatores non deuenerit. Si tamen res extet, ita vt facilè recuperari à patrefamilias poſſit, illam vendicare debebit, & reliquum perſoluẽt cooperatores: qui, quoad hæc, recurſum habebunt aduerſus furem domeſticum, ſi ille ſoluendo ſit, & non poſſit ſe tueri beneficio reſtitutionis in integrũ, vt ipſis ſoluat, quod eorum loco ſoluerunt; alioquin illud amittent. Atque hoc eſt, quod, inter alia, intenditur ac docetur, l. 4. titu. 14. parte, 7. circa cooperantes ad furta domeſticorum,

44 Quod attinet ad pœnam pecuniariam lege ſtatutam, vt parti læſæ applicetur, dicendum eſt. Si furtũ ſit commiſſum ab aliquo domeſtico, aduerſus quem non competit ea actio furti, iuxta ea quę diſpu. *686.* dicta ſunt, tunc competit ea actio aduerſus cooperãtem ad id furtum, vt ibidem eſt comprobatũ. Quia tamen cooperans nunquam tenetur de furto manifeſto etiamſi exequutor cum furto depreheudatur, ſed ſolum de furto non manifeſto, vt habetur, leg. is qui. ff. de furt. & notat gl. 1. §. interdum inſt. de obligat. quæ ex delicto, nunquã cooperans tenetur parti læſæ ad pœnam quadrupli, ſed ſolum ad pœnam dupli. Arbitror tamen, ſi multi ſint cooperatores, poſſe agere patremfamilias aduerſus quem eorum voluerit, vel aduerſus omnes ſimul, ad eam pęnam: nó tamen illi eſſe ſoluendas tot integras pœnas dupli, quot fuerunt cooperatores, ſed vnam tantum in recompenſationem iniuriæ ipſi illatæ, argumento textus in, l. 2. §. hac actione, ff. de vi bon. raptor. Ratio autem eſt, quoniã illa legibus, comparatione illius, ſtatuta eſt æqualis pœna pro iniuria eius furti ei illata. Quare, quando multi ſunt cooperatores, omnes contribuere debent ad eam pœnam in proportione, in qua dictum eſt ſupra, cooperatores contribuere debere ad furta, & ad damna vlterius data: quòd ſi vnus ſolus eam ſoluat, credo eum agere poſſe aduerſus reliquos, vt partes ſuas ei ſoluant, quas loco illorum ſoluit, vt de cooperatore ſoluente furtum, & dãna vlterius illata, ſupra eſt dictum. In re tamen propoſita locum non habet recurſus ad exequutorem furti, tanquam ad cauſam principalem, vt eam pœnam ſoluat: quoniam aduerſus eum non competit actio furti. Quando autem pœna eſſet vel pecuniaria applicanda fiſco, (quæ inter pęnas criminales cõputatur) vel corporalis exilij, flagellorum, remigandi in triremibus, aut quæuis alia criminalis, vt in hoc Regno erat pęna ſeptupli, & iam hodie præcipitur, vt in criminibus furti, quæ pęna remigandi in triremibus, ſaltem attenta qualitate perſonæ, ſint digna, illa pecuniaria locum non habeat, ſed ſolum habeat locum pœna remigandi in triremibus, commutata pecuniaria in hanc, vt ſupra eſt dictum: quando, inquam, eiuſmodi pęnæ ſunt ſtatutæ, credo cooperatores ſingulos teneri ad integras has pęnas, etiãſi principalis fur domeſticus ad eas non teneatur, vt ex dicendis erit perſpicuum.

Quando autem furtum eſt commiſſum ab eo, aduerſus quem actio furti ad pœnam competit, dicendum eſt. Si agatur ad ſolam pœnam dupli, aut quadrupli, parti applicandam, vt quondam de iure communi agebatur, tunc ſolus exequutor furti tenetur eam integram ſoluere, aut mandans, vel ratũ id habens nomine ipſius factum, ſi talis cauſa magis principalis eius furti detur, tenetur pęnam dupli integrã ſoluere, &, in defectum horum, agi poteſt aduerſus cooperatores, vt contribuant ad integram dupli pęnam ſoluendam, vt ſuprà explicatum eſt, contribuere eos debere ad furtum, & ad damna ſubſequuta; non tamen plus, quàm vna integra eiuſmodi pęna, ſolui & applicari debet parti læſæ. Arbitror tamen, ſingulos cooperatores puniendos eſſe æquali integra pœna, non quidem applicanda parti læſæ: ſed fiſco, propter idem delictum in commune bonum puniendum: niſi princeps ſtatuat, aut permittat, vt applicetur ad aliquos ſumptus, vel ad aliquod opus pium. Iura enim mox referenda ſtatuunt, vt cooperatores ad furtum æquali pœna puniantur cum fure principali: conſtat verò ex eo, quòd exequutor furti cooperatores habeat, non excuſari ab integra pœna ordinaria, aut arbitraria, pro furto ſtatuta: quare, cum cooperatores, ex præſcripto legum, æquali pœna cum exequutore furti ſint puniendi, neque parti læſæ ſit applicãda, niſi ſola pœna dupli, aut quadrupli, conſequens eſſe arbitror, vt æquali pœna ſinguli cooperatorum ſint puniẽdi, ſed illa applicari debeat vel fiſco, vel alteri operi pio, vltra integram pęnam quadrupli, aut dupli, modo explicato parti læſæ ſolutam. Atque in furtis domeſticis, in quibus nõ datur actio furti aduerſus furem domeſticum, credo ſingulos cooperatores de iure communi eſſe dãnandos ad integram pœnam dupli; ſed poſtquam vnica talis pœna perſoluta fuerit parti læſæ, reliquũ applicari debere fiſco. In hoc autem Regno, quando locus erat pœnæ pecuniariæ dupli, ſoluendi parti læſæ, & ſeptuli, ſoluendi inſuper fiſco, credo ſatis fuiſſe in furtis non domeſticis, atque etiam in domeſticis, poſtquam domino rei fuiſſet ſoluta vna pœna dupli, tum principalem furem, tum etiam cooperatores, puniri ſingulos pœna ſeptupli fiſco applicanda. Hodie verò, quoniam non habet locum ea pœna pecuniaria, ſinguli damnandi ſunt pœna triremium in quam illa eſt commutata, vt ſatis expreſsè habetur lege. 9. titulo 11. lib. octauo, nouæ collectionis ſupra relata, in cuius calce dicitur: *Y que otro ſi en lo diſpueſto por la dicha pragmatica cerca de los dichos ladrones, y lo que lo que en eſta ſe anniade y declara, ſe entienda y eſtienda a los encubridores y receptadores y participes en los hurtos, para que en eſtos aya lugar la miſma pena, y en la miſma forma, que deſuſo eſt à declarada en los ladrones.* Aliæ quoque pœnæ corporales pro furto imponendæ, exilij, flagellorum, abſciſſionis aurium, remigandi in triremibus, mortis, & ſimiles, iuxta præſcriptum legum, aut conſuetudinem receptam diuerſorum Regnorum, ſimiliter locum habent in cooperantibus ad furtum. Hæc conſtat ex. §. interdum. inſtit. de obligat. quæ ex delicto ex. leg. in furti. §. ope. & leg. ſi pignore. §. qui ferramenta. ff. de furt. leg. quarta, & leg. decimaoctaua, titulo decimoquarto, parte ſeptima. Quibus in iuribus habetur, qui aliquid facit quaſi præambulum ad furtum, animo vt alius furetur, aut ſciens, vel præſumens, id inſeruiturum ad furtum, etiam ſi conſilium ad furtum non det, neque id efficiat, vt de furto participet, teneri actione furti: vt, ſi pecunias de manu alterius excutiat, vt alius illas arripiat ac furetur; vel ſi detineat dominium rei, vt alius interim illam arripiat; vel ſi fuget panno rubeo, aut alia arte; animalia alterius, vt alius ea animalia diſperſa furetur; vel ſi aperiat oſtium, aut aliquid aliud, vel perfodiat parietem, vt alter furetur; vel ſcalam apponat, aut illam mutuo det, ſciens, aut præſumens, ad furtum peti, vel claues conficiat, & fabricet aut alia ferramenta, vel illa mutuo det, aut vendat, ſciens, aut præſumens, ad furtum peti, tenetur in his, & in alijs ſimilibus euentibus, actione furti pœnis, quibus fures ipſi puniuntur. Qui tamen aliquid faceret, ignorans inde furtum ſequendum, attamen, quod omnino imprudenter ac cum periculo damni ſequendi efficeret, tunc, ſi furtum ſequeretur, non competeret aduerſus eum actio furti, nec proinde pœnis furibus ſtatutis poſſet puniri; competeret tamen aduerſus eum actio in factum ad damna omnia inde ſubſequuta. Ita habetur. §. interdum, inſtitutione de obligatione, quæ ex delicto, & leg. in furti. §. vltimo, ff. de furtis. Exempla ſunt, vt ſi quis ioco, vel ira percitus, excuteret pecunias, quas alius in manu habebat, & inde ſequeretur, quòd alius nonnullas ex illis, aut omnes, furaretur, aut quòd non inuenirentur; aut ſi ioco, vel vt moleſtiam alteri daret, fugaret, aut diſpergeret, oues, vel armenta, illius, atque inde ſequeretur, præter ſuam intentionem, quòd alius aliqua ex eis animalibus furaretur; aut ſequeretur, quòd perirent dilacerata à feris, aut alia ratione, vel vt omnino diſparerent; tunc

aduerſus id ita, cum periculo detrimenti alterius, efficientem, cæterum ſine furti intentione, competeret actio in factum ad damna ſubſequuta, non tamẽ competeret actio furti, vt iuribus citatis habetur. Quando verò aliquis faceret aliquid, vnde furtum, aut damnum aliud, ſequeretur, cæterùm ſine vlla ſua culpa, probabiliterque ignorans id damnum ſequendum, tunc ad nihil tenebitur, quicquid inde ſequatur. Vt ſi faber ferrarius conficiat clauem ei, de quo ſuſpicio non erat, velle eam ad furandum, vel ſi quis mutuo det alteri ſcalam, aut ferramẽta, de quo non erat præſumendum, velle illa ad furandum, vel ad aliud damnum inferendũ, ad nihil tenetur, quicquid inde vlterius ſequatur.

45 Sicut qui cooperatur cum ſimplici fure ad furtũ, tenetur actione furti ſubiacetque pęnis furibus ſtatutis: ita, qui cooperatur cum raptore ad rapinam, tenetur pęna raptoris; &, qui cum ſacrilego ad ſacrilegij furtum, tenetur pęna eius furti; &, qui cum fure ad peculatum, ſubiacet pęnis pro eo crimine ſtatutis, vt quoad hæc omnia crimina, habetur, l. 18. tit. 14. par. 7. & quoad crimen peculatus habetur §. item lex Iulia peculatus. inſti. de publ. iud. & l. vnica. C. de crim. peculat.

46 Quando autem mitius puniatur cooperans ad furtum, aut aliud crimen, quam exequutor furti, aut alterius criminis, intelligetur facilè ex dictis Diſputatio. 550. circa mandatum ad crimen aliquod patrandum.

47 Inſtit. §. interdum, verſ. certè, de obligationibus quæ ex delicto, habetur; Eum, qui opem non tulit ad furtum, eſto conſuluerit furtum, ad illudque furem adhortatus fuerit, non teneri de furto. Quod gloſſa ibi exponit, quando fur ſimiliter idem furtũ erat facturus: quoniam tunc conſulens verè nõ cauſat furtum. Atque id ita ſancitum eſt. l. 4. tit. 14. part. 7. eoque modo conciliatur paragraphus citatus cum l. in furti. §. ope, verſ. conſilium, & cum leg. ſi quis vxori. §. neque ff. de furtis, conſentireque videtur lex ſæpe. §. item, in fine. ff. de verbor. ſignific. Ait verò Greg. Lopez. l. 4. citata verb. *o con conſejo.* cum Dino, & Bald. quando datum eſt conſilium ad furtum, furtumque eſt ſubſequutum, præſumẽdum eſſe, furem alioquin id non fuiſſe facturum, ac proinde conſulentem teneri tunc ad pęnam furti, atque etiam ad damna, quando fur ea non reſarcit. Addit præterea, conſulentem, de quo conſtat, furem ſimiliter fuiſſe facturum idem furtum, eſto datum ei nõ fuiſſet id conſiliũ, eſſe nihilominus à iudice puniendum ex ſuo officio pęna, non quidem furti, ſed alia arbitraria: quia rem fecit mali exempli, ſequutumq; fuit, quod conſuluit. Eo verò erit grauius tunc puniendus, quo plus fuerint coniecturæ, confirmaſſe furem in ſuo malo propoſito. Legas verò varias opiniones, quas idem Greg. Lopez ibi, & l. 18. ſeq. circa conſulentem furtum, refert.

48 Quod ad furis receptatorem attinet, quando furem recepit cum rebus furtiuis, ſciens furto fuiſſe ablatas, aut res ſolas furto ablatas recepit, ſciens furtiuas eſſe, tunc verè eſt concauſa furti illius; eo quòd interim, dum non reſtituuntur, perſeuerat furtum ac damnum id proximi, quod ipſe, cum fure, continuat ac cauſat retinendo apud ſe eas res. Atque in hoc euentu intelliguntur ac loquuntur. l. eos. C. de furtis, cuius verba ſunt: *Eos, qui à ſeruo furtim ablata, ſcientes ſuſceperint, non tantum de ſuſceptis conuenere, ſed etiam pęnali furti actione potes*: & leg. ſi quis ſeruum, C. ad legem Fabiam de plagiar. cuius verba ſunt: *Si quis ſeruum fugitiuum, ſciens, cum rebus furtiuis ſuſceperit, cum horum nomine furti actione teneatur, hæc tibi rector prouinciæ cum ſolita pęna reſtitui faciet*, ac l. penultima, C. ad leg. Iul. de vi public. *quæ ſic habet; crimen non diſſimile eſt rapere, & ei, qui rapuit, raptam rem, ſcientem delictum, ſeruare*; & §. item lex Iul. peculatus. inſt. de pub. iud. ac lex vnica, C. de crimine peculatus ſic habent; *vel qui ſubtractas ab his* (iudicibus ſcilicet incurrentibus crimen peculatus) *ſcientes ſuſceperint, eadem pęna percellendis*: & l. 3. §. non tantum, ff. de incen. rui. in qua ſic ſcriptum legimus; *non tantum autem qui rapuit, verum is quoque, qui recepit ex cauſis ſupra dictis, tenetur: quia receptatores non minus delinquunt, quam aggreſſores*, ac denique l. 18. titu. 14. part. 7. quæ receptatoribus furium, cuiuſcunque generis furti ex commemoratis, eandem pęnam ſtatuit, quæ decreta eſt furibus ipſis, qui eodem genere furti furantur, atque ita affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 5. nu. 16. refert ac ſequitur, quicquid in contrarium dixerit Hippolitus ab Ant. Gom. ibidem relatus, quaſi receptatores ſcienter furium, rerumque furto ablatarum, tunc ſolum puniendi ſint pęnis furibus ſtatutis, quando furtum eſt domeſticum: ductus, quòd duobus iuribus primo loco citatis ſermo ſit de receptatoribus furium domeſticorum, cum rebus domeſticis furto ablatis: cum tamen poſteriora iura vniuerſim, atque etiam de alijs ſpeciebus furti à furto ſimplici diſtinctis, loquantur: & cum ſit eadem ratio de recipientibus ſcienter fures non domeſticos, cum rebus furtiuis, & de recipientibus fures domeſticos, nec minus, ſed plus, illi peccent, quàm hi. Adde l. 3. §. non tantum. ff. de incen. apertè docere, vniuerſim receptatores quorumcunque furium eadem pęna, qua fures ipſi, eſſe puniendos. Excipe, niſi aliud peculiariter reperiatur in iure ſancitum, vt de receptatoribus abigeorum diſput. 684. eſt dictum aliud in iure eſſe ſancitum. Quando aliquis reciperet ſcienter ſolùm furem, non verò rem furtiuam, diſtinguerem. Quoniam ſi illum reciperet, dum furatur ac continuat furta, ita quòd receptio & occultatio quaſi adiutorium ſit, vt ille commodius furetur, aut rapiat, vel vt perſeueret in delictis, dicerem eiuſmodi teneri pęnis furium: atque hoc modo intelligerem l. 18. titu. 14. par. 7. quæ ſtatuit, vt puniatur pęnis furibus ſtatutis. Si verò ita illum reciperet, vt receptio in ea domo nullas vires, nullumque adiutorium, illi præberet ad delictum, quia ſimiliter hoſpitari poſſet apud quoſcumque alios, qui furta illius ignorarent, tunc longè minus puniri deberet, quàm ipſe fur, &, meo iudicio, nulla pęna deberet puniri, ſi iam ceſſauerat à furtis. Quòd ſi ſimul illum occultaret poſtquam à furtis ceſſauit, teneretur, non pęna furis, ſed occultatoris delicti ac delinquentis, niſi pęna eius delicti impoſita ac promulgata eſſet à iudice ei, qui occultaret ac non manifeſtaret talem delinquentem. Si item illum denegaret miniſtris iuſtitiæ eum quærentibus in ea domo, & multo magis, ſi illis reſiſteret, incideret in pęnas, l. 1. & 2. C. de his qui latrones occultant. Atque iuxta hæc acciperem, quę de hac re tradunt Anton. Gom. numero 16. citato, & Greg. Lopez. l. 18. citata gloſ. antepenul. iuncta gloſſa antecedente. Et, quando occultans eſſet cõſanguineus occultati, mitius eſſet puniendus in eiuſmodi delictis, quæ non ſunt in perniciem publicam, vt prædicti autores tradunt.

Memento autem in hoc Regno, vt ſupra ex leg. 16. titulo 11. libr. quinto, nouæ collectionis, relatum eſt, ementes, aut quomodo accipientes à mancipijs, res quaſcunque, tanquam fures reputari, ac pęnis furium puniri.

Supereſt reſpondeamus ad argumentum paulo poſt initium longiſſimæ huius diſputationis pro opinione Alexandri Alenſis propoſitum. Atque conceſſa maiori, nempe pęnam proportionari debere culpæ, vt ſit iuſta, hoc eſt non debere illam excedere; itemque conceſſa maiori, res videlicet externas infimas

Ad argumentum. Alenſis.

mas eſſe inter omnia bona noſtra, vitamque eſſe omnium bonorum temporalium præſtantiſſimam, fundamentumque eſſe cæterorum; ac mortem, præſertim violentam, eſſe terribilium omnium terribiliſſimum, maximeque horrendum; neganda eſt conſequentia, qua infertur, improportionatam pœnam, longeque excedentem, eſſe mortem corporalem pro furto, in quo damnum infertur proximo in bonis illius temporalibus, ac proinde iniuſtam eſſe legem, quæ eam ſtatuit. Ratio autem, cur hæc conſequentia nulla ſit, hæc eſt: Quoniam ad iudicandum, an pœna pro delicto ſit iuſta, minimeque culpã excedens, non eſt attendendum ad materiam culpæ, quaſi materia pœnæ, ſeu bonum, quo pœna priuat, non debeat excedere materiam culpæ; ſeu bonum, quo delinquẽs priuat proximo ſuo culpa, ſeu delicto, quod ea pœna punitur: ſic enim iniuſta eſſet pro furto pœna dupli, quadrupli, aut alia maior, neque pœna imponi poſſet, niſi pro delicto, in quo proximus læderetur: ſaltem pecuniaria, aut corporalis, quod cõſtat eſſe falſum, ac manifeſtum abſurdum. Ad iudicandum ergo, an pœna pro delicto ſit iuſta, hoc eſt, minime culpam excedens, attendi debet ad ipſam culpam, ad legiſque tranſgreſſionem ac inobediẽtiam, & ad vim maiorem, vel minorem, qua à legitimo legislatore aliquid prohibetur, aut præcipitur, atque ad commune bonum, cuius intuitu id prohibetur, aut præcipitur, ad maioremque, vel minorem, tranſgreſſionem ex parte obiecti, & ad reliquas circunſtantias concurrentes: cum autem in furto, pro quo pęna mortis imponitur, culpa interueniat lethalis, ſtando in ſolo iure naturali, ſecluſaque vi iuris humani acrius adhuc illud inhibentis ad pacem ac ſecuritatem ciuium conſeruandam, atque ad vitandas cædes, & alia mala, ſane in eo eſt ſufficiens culpa, vt corporali morte iuſtè à poteſtatibus publicis puniri poſſit, quandoquidem à Deo pęna interitus æterni iuſtè infra condignum damnatur, maximè id ita poſtulante bono communi temporalis reipublicæ, accedenteque inhibitione eius criminis ſub tanta temporali pęna, pro poteſtate ſibi à Deo conceſſa ad præcipiendum, & inhibendum, loco ac nomine ipſius, quæ iudicauerint ad bonum reipublicæ expedire, atque ſub pęnis, quæ ſimiliter eodem bono expedire iudicauerint. Quare meritò communis doctorum ſententia aduerſus Alexandrum Alẽſem aſſeuerat, iuſtè pro furto imponi poſſe mortem corporalem, vt communis praxis Chriſtianarum rerum publicarum obſeruat: de numero verò eorum doctorum ſunt Ioan. Medina de reſtitu. q. 4. Maior in 4. diſt. 15. q. 27. Driedo. 1. de libert. Chriſt. c. 10. Caſtrus. 1. de leg. pęnali. capit. 2. Couar. 2. var. reſol. c. 4. num. 7. Caiet. 2. 2. q. 64. art. 2. & Sotus. 5. de iuſt. q. 3. artic. 3. ad 4. Fateor verò Luſitanas leges, ſupra relatas, rigidas eſſe in plectendis morte furibus, etiã prima vice, pro modico valore, non tamen ſunt temere damnandæ, neque credo illas tanto cum rigore in eo Regno exequutioni mandari.

DISPVT. 696.

Quibus, & aduerſus quos actio furti competat.

SVMMARIVM.

1 *Furti ratione actio ad rem, fructus, & intereſſe, etiã lucri ceſſantis, quæ condictio furtiua dicitur, aduerſus furem hæredeſque illius competit, quin vendicatio rei furto ablatæ competit aduerſus quemcunque illius poſſeſſorem, & competit domino rei, hæredibuſque ſeu ſucceſſoribus in bonis illius.*

2 *Furti actio ad pœnam, in omnibus furti ſpeciebus, nõ tranſit aduerſus hæredes furis, niſi pœna ſit pecuniaria, & lis conteſtata fuiſſet cum fure ante ipſius mortem. Excipiuntur crimina peculatus, & de reſiduis, in quibus actio ad pecuniariam pœnam tranſit aduerſus hæredes delinquentis, eſto lis cum delinquente non eſſet conteſtata. Non verò tranſit actio furti aduerſus furem, & ad hæredes eius, in quem cõmiſſum eſt furtum, niſi is litem cum fure eſſet conteſtatus. Et num ſufficiat paraſſe actionem. Et num querela detur aduerſus furem.*

3 *Fur an conueniri poſſit in loco, in quo delictum commiſit, & in quo repertus fuerit cum re furto ablata, & in quo ipſe fuerit repertus, aut res furto ablata.*

4 *Furti actio vt competat, neceſſe eſt patratum fuiſſe furtum formaliter, & materialiter ſimul. Quando autem aliquis mancipium, aut filium alienum, induceret, vt hero, aut patri, furaretur, ad ſeque furtum afferret, ſequuto furto ex conſenſu heri, aut patris, vt iniquus ille conſulens puniretur, actio furti competeret aduerſus eum hero aut patri.*

5 *Furti actio quouſque competat aduerſus commodatarium, conductorem, creditorem, ac depoſitariũ, vtentes re commodata, conducta, pignore, aut depoſito, aliter, quam eis liceat.*

6 *Furti actio quouſque competat, aut non competat, aduerſus dominum rei eam accipientem a commodatario, aut conductore, & quæ alia actio aduerſus eos competat. Et quid ſi vi illam ab eis eripiat. Et quid quando dominus rei illam vi occupat ex legitimo detentore, qui illam non poſſidet.*

7 *Actio furti competit aduerſus rei dominum clam propria autoritate eijcientem à poſſeſſione eum, qui in illa erat. Et quas pœnas incurrat, ſi vi illum eijciat.*

8 *Furti actio competit aduerſus debitorem, qui pignus ſuum accipit clam à creditore, & ad quid ſe extendat. Et quid ſi vi illud accipiat.*

9 *Furto ſi pignus ex creditore, nondum finita pignoris obligatione, ſit à quodam tertio ablatũ, furti actio ac certi condictio aduerſus furem ei competũt, & quid debitori inde reddere teneatur. Et quando debitori competit actio aduerſus furem, & quando competat creditori. Eadem in rapina pignoris facta a quodam tertio.*

10 *Furto ſi res alienæ ſint ablatæ ex eo, qui ſe locauerat aliquid circa illas, aut qui conductas eas res mobiles habebat, quando & quę actiones competant ei, etiã in ſuum commodum, & quando & quæ actiones competant domino earum rerum, & quando dominus agere aduerſus illos poterit.*

11 *Furto ſi res a quodam tertio auferatur ex commodatario, ita ut commodatarius ad nihil commodanti teneatur, agere condictione furtiua, & actione furti, ad ſolum commodantem ſpectat, niſi abſens ſit, aut aliter impeditus: ad commodatarium verò ſolum agere ſpectat ob emolumentum vſus, quo iniuſtè fuit priuatus. Quando autem commodatarius tenetur commodanti de re commodata, quo vſque actio ad commodatarium & quouſque ad commodantẽ ſpectet. Et quouſque actio commodanti aduerſus commodatarium competat.*

12 *Furto quando res eſt ablata à quodam tertio ex depoſitario, actio regulariter aduerſus furem non ad depoſitariũ, ſed ad eum, qui depoſuit, pertinet. Et quando ad depoſitarium ſpectet.*

13 *Furto quando res eſt ablata ex œconomo, tutore, aut curatore, actio aduerſus furem ad hos quidẽ ſpectat ſed non nomine proprio, neque in ſuum commodum, ſed eius, cuius bona adminiſtrant. Quando autem dominus rei eam ex ipſis exigeret, quia culpa ipſorum amiſſa, tunc ſoluere eam non tenerentur, niſi ceden-*